



comminanti. Quod dignum dicitur hoc est quoniam  
 noluerunt conuertere. & assidue factus est rex eo-  
 rum. deuorauit que gladius & urbes & prin-  
 cipes & populum. & imponitur eis iugum quod  
 non aufereatur ab eis. & uidebatur durasemen-  
 tia. nequaquam eis locum poenitentiae dere-  
 linquens. nunc deus patris aduersus loquitur  
 affectu. quid tibi faciam ephraim. quomodo  
 te meo auxilio denudabo. quid tibi faciam  
 quate ar te corripiam. quo potero sanare  
 medicamine. sicut ad ama & seboim ponam  
 te. quae duae sunt quinque urbium. sicut in  
 genesi legimus sodoma & gomurra ad ama  
 & seboim & bale quae est segor. & in sermo-  
 ne zoara dicitur. Ponam te itaque & uer-  
 tam insolitudine. & delebo usque ad cineres  
 ac fauillas. sicut deleui adama & seboim.  
 Cum que duram immo crudelem sententiam  
 protulisset. rursum patris affectu mise-  
 ricordia uincitur. & austeritatem iudicis  
 pietatem imitatur patris. Dicit enim. Con-  
 uersum est in me cor meum. pariter contur-  
 bata est poenitentia mea. statim ut locutus  
 sum me ephraim & israhel sicut ad ama  
 seboim que positurum. mea commotae sunt  
 uiscera. poenituit me meum quondam  
 populum delere in perpetuum. Idcirco  
 non faciam secundum furorem iracundiae  
 meae. nec deinceps clementia commutabor  
 ut disperdam ephraim. Non enim percussio  
 ut perdam in perpetuum. sed ut emendem.

Crudeles mea poenitentiae & pietatis  
 occasio est. De enim ego sum & non homo.  
 homo enim ad hoc punit. ut perdat. deus  
 hoc corripit. ut emendat. In medio tui ser-  
 & non ingrediatur ciuitatem. hoc est non sum  
 unus de his qui in urbibus habitant qui huma-  
 nis legibus uiuunt. qui crudelitatem arbitran-  
 tur iustitiam. ius summum summa maliti-  
 a est. mea autem lex mea que iustitia est  
 saluare correptos. Possumus & aliter  
 dicere. qui primus eam parricida extruxit  
 ciuitatem in nomine filii sui enoch. In huur-  
 cemodi urbem deus non ingreditur. quae  
 scelere & sanguine ac parricidio fabricata  
 est. Sin autem uoluimus legere. quomo-  
 do dabo te ephraim. protegam te. sic  
 intellegendum est. quid tibi faciam nunc  
 protectione dignus es qui tanta fecisti. no-  
 tandum quoque quod ubi contra iudam di-  
 citur. id est populum dei. non ad ama ponit  
 & seboim. sed sodoma & gomurra. Legimus  
 enim in ista. Audite legem dei principer  
 sodomorum. & attendite uerbum dei po-  
 pulus gomurrae. In euangelio quoque  
 ciuitas quae apostolos non receperit. excu-  
 tentibus eis puluerem pedum suorum dici-  
 tur deca. quod in die iudicii tollerabilis  
 sit terrae sodomorum & gomurrae. qui tem-  
 ciuitati illi. & ad hierusalem prophetalis  
 sermo dirigitur. Iustificata est sodoma  
 ex te. datur ergo nobis suspicio quod